

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequalia Sacra quae ... Annae Schützen/ Viri ... Prothasii, Marstallern/ I.U.D. ... relictæ Viduae. a Moestißimis parantur liberis, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat ...

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in
A. Schütze,
viduam P. Marsteller.
Rostock, 1639.

24.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0004)

DFG

27

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiæ Doctor &
Professor.

Ad

EXEQVIALIA SACRA

quæ

Matrona honestissima & primaria

ANNÆ Schüzen/

Viri Consultissimi Dn. PROTHASII,

Marstallern / J. U. D. & Consiliarij
quondam Megapolitani, relictae
Vidua.

a Mæstissimis parantur liberis,

Omnes omnium ordinum cives Aca-

demicos, eo quo par est studio invitati,

in PIRAM Jacobæam ad medium primæ.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXXIX.

RECTOR

Universitatis Rostocensis

JOHANNES GÖHMANN

Typographus D. Böhl

Printor

No

1742. 1743. 1744.

Universitatis Rostocensis

ANNA

1742. 1743. 1744.

Universitatis Rostocensis

1742. 1743. 1744.

ANNA

1742. 1743. 1744.

Universitatis Rostocensis

1742. 1743. 1744.

Universitatis Rostocensis

1742. 1743. 1744.

RECTOR

Universitatis Rostocensis

1742. 1743. 1744.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
SS. Theologiae Doctor & Pro-
fessor.

Beatitudinis varias quon-
dam inter Philosophos fuisse
sententias, historiarum nos do-
cent monumenta, quibusdam
illius fundamentum in honore ponenribus.
Cum verò honor sit transitorius, & ab humana
sæpius dependeat voluntate mutabili, proinde
hæc sententia paucorum suffragio stabilita.
Alij itaq; beatitudinis basin divitias seu opes
constituerunt, illæ verò cum plerunq; per me-
dia acquirantur illicita, juxta tritum illud: Di-
ves aut iniquus aut iniqui hæres. Et possessores
suos insolentiores reddant, veram beatitudi-
nem non constituunt. Placuit ergò alijs beatitu-
dinem in voluptatis sensu collocare. At cum
ille & brutis competat, homines non meliores

Ee 2 fed

sed deteriores reddat, beatum non facit. Di-
splosis itaq; tribus veterum nonnullorum de
beatitudine sententijs, quæ tamen & suos inter
illos qui Christiani audiunt habent asseclas.
Juxta vesciculum: Ambitious honos & opes
& fæda voluptas. Hæc tria pro trino numine
mundus habet. Nos queis meliore luto finxit
præcordia titan, veræ beatitudinis basin & fun-
damentum in vitæ æternæ collocamus posses-
sione, Deiq; insatiabili visione. Verè ergo il-
le beatus est, qui superatis vitæ præsentis diffi-
cultatibus, futuræ percipit gaudium, quod
juxta Augustinum, est gaudium quoddam
plenum, & plusquam plenum, quod oculus in
hac vita non vidit, nec auris audivit, nec in cor
hominis ascendit, de quo idem pater inquit in
Manuali: Meditetur inde mens mea, loquatur
inde lingua mea, amet illud cor meum, sermo-
cinetur os meum, esuriat illud anima mea. Si-
tiat illud caro mea, desideret illud tota substan-
tia mea, donec intrem in gaudium Domini
mei, ibi permanfurus per secula. Hujus inef-
fabilis gaudij particeps facta est defuncta no-
stra matrona ANNA Schüzen / die præterito
18. hujus mensis. Nata verò in hunc mundum
Gnistrovij patrem habuit virum prudentissi-
mum Dn. NICOL AUM Schüzen / Sena-
torem

torem Güstrovensem meritissimum. Matrem vero ANNAM Stoislöwen ex nobili Stoislöviorum familia oriundam. Avus paternus fuit JOACHIMUS Schützen / illustrissimi Principis beatissimæ memoriae HENRICI CAPITANEUS Güstrovensis & Stargardensis. Aviam paternam habuit MARGARETAM WINCKELMANNIAM CHRISTOPHORI Klebenowen / quondam Consulis Güstrovensis relictam viduam. Avum Paternum habuit virum Nobilissimum Dn. NICOLAUM Stoislöff Civitatis Güstrovensis Senatorem spectatissimum. Avia materna BRIGITTA Klebenowen / ex antiqua loci illius familia orta. Hisce præcipuis majoribus nata defuncta nostra Anno 1584. quasi cum lacte materno virtutibus assueta. Pomum enim non procul à stirpe cadit. Et est in equis patrum virtus, nec imbellem progenierant aquilæ columbam, proinde adultior facta, cum jam matura viro & plenis nubilis annis esset, facile sibi Sponsum invenit. Disponente itaque singulari Dei providentia matrimonialiter cohabitavit viro Consultissimo & Clarissimo PROTHASIO Marstallerni J.U.D. celeberrimo & illustrissimorum prin-

Ee 3

cipum

Epum ULRICI & CAROLI Consiliario. Quod
matrimonium omnia octo, ut proverbio di-
citur, habuit: non solum enim optatum, sed &
secundum fuit, licet non usq; adeo diutur-
num, cum ultra octo annos non duraverit.
Tempore matrimonij defuncta nostra, qua-
tuor liberorum mater facta est, trium filiarum
ANNÆ MARIÆ, DOROTHEÆ &
SOPHIE & unius filij PHILIPPI in ipso sta-
tim ætatis store & ingressu quasi vitæ exstincti.
Filiae ad nutu w^e elocatae; major natu enim AN-
NA MARIA viro primario MARTINO
Bauwmann / civi Wismariensi nupsit. DO-
ROTHEA virum prudentissimum ac specta-
tissimum JOHANNEM BESELIN Sena-
torem hujus urbis dignissimn maritum agno-
scit. SOPHIA matrimonialiter cohabitat vi-
ro Consultissimo & Clarissimo Dn. BERN-
HARDO von Münster / J. U.D. & Consilia-
tio Megapolitano, ac bene constituto Fiscalis.
Damnum ergo quod Deus auferendo citius di-
lectissimum maritum intulit, conjugorum
trium filiarum felicitas abundè compensavit.
Solet ita Deus cum suis dilectis filijs quasi lude-
re, ut infortunium immissum aliqua felicitate
restauret. Defuneta autem nostra vidua facta,

Turtu-

Turturis instar, ad secunda vota non transiit,
sed sola cum filiabus oeconomiae præfuit,
Deiq; largam benedictionem sensit. Cùm,
enim pietatis esset amantissima, pietatis quoq;
præmium habuit. Ante annum fermè in-
gruentibus bellonæ difficultatibus relicto
Gustrovia Rostochium concessit, & maxi-
mam æstatis hujus partem cùm morbo con-
flictari coepit, & licet natura morbum vicisse
sæpius visa sit, subinde tamen recidivam passa
est defuncta nostra. Et imprimis IS. huius
morbis tanta vehementia defunctam no-
stram aggressus est, ut statim viribus cadenti-
tibus 18. ejusdem hora tertia à meridie illam,
expugnaverit. Ultimam præ foribus esse ho-
ram præsentis, confessionarium suum
accersi curavit, & edito peccatorum suo-
rum confessione, corpore & sanguine Christi
mediantibus Symbolis Sacramentalibus ciba-
ta fuit, ac postmodum placide in Domino
exspiravit. Hujus laudatissimæ & primariæ
matronæ corporis exuyias superstites filiæ ac
generi omnium nostrum matri commendare
hodie decreverunt, proinde à vobis civibus Aca-
demicis omnium ordinum honoratissimis eni-
xè contendunt, ut ultimum honorem eidem

exhibe-

exhibere, ac funeris deductionem frequentia
vestra exornare velitis. Inter eundum vero cum
vosmeipso, tum calamitosum Germaniae sta-
tum Deo commendabitis. Fiet autem con-
ventus in æde Jacobæ Cathedrali ad me-
dium primæ. P. P. Rostochij, Sub
Sigillo Universitatis 22. Octobr.
Anno 1639.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775786063/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775786063/phys_0016)

DFG

Turturis instar, ad secunda
sed sola cum filiabus cœco
Deiq; largam benedictionem
enim pietatis esset amantissim
præmium habuit. Ante an
gruentibus bellonæ difficul
Gustrovio Rostochium con
mam æstatis hujus partem con
flicari cœpit, & licet natura
sæpius visa sit, subinde tamen
est defuncta nostra. Et im
morbis tanta vehementia
stram aggressus est, ut statim
tibus 18. ejusdem hora tertia a
expugnaverit. Ultimam præ
ram præsentiscens, confessio
accersi curavit, & edito pa
rum confessione, corpore & s
mediantibus Symbolis Sacram
ta fuit, ac postmodum plac
exspiravit. Hujus laudatissim
matronæ corporis exuvias sup
generi omnium nostrum matri
hodie decreverunt, proinde à vo
demicis omnium ordinum ho
xè contendunt, ut ultimum ho



ransijt,
æfuit,
Cùm,
quoq;
mè in-
elicto
maxi-
o con-
vicisse
opassa
hujus
no-
lenti-
llam,
se ho-
rum,
suo-
christi
ciba-
mino
mariae
iæ ac
are
Aca-
seni-
em,
hibe-